Porebski suo et Successorum Czar- nka nomine Ligowskiego Quietat.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren Ca-
pitan Premislien Generosus Joannes Porebski bonorum villae Balice
Sortium suarum haeres sanus mente et corpore existens a Terris districti-
bus Juribus Jurisdictionibusq suis quibusvis propriis et competen recedendo
Praesenti vero Castrensi Capitan Premisliensi Jurisditioni se cum successoribus
ac bonis suis gnlr omnibus quo ad actum praesentem attinet totaliter et
plenarie incorporando atq Subiiciendo palam libere publice ac per expressum
recognovit Quia ipse suo et Generosorum Joannis Alexandri Catherinae
Viduae Zophiae Barbarae Hedwigis Virginum filiorum et filiarum Gene-
rosorum Christophori Czarnek cum Generosa Hedwigi Wilamowska generato
Generosi vero olim Nicolai Czarnek steriliter de hac luce decessi ex fratre
germano nepotum et neptium aliorumq quorumvis eiusdem olim Generosi
Czarnek Successorum pro quorum rati habitione cavet et se praesentibus inscri-
bit nomine Generosum Valentinum Ligowski de Inscriptione Castrensi Pre-
misliensi per eundem Generosum Ligowski praefato Generoso Nicolao Czarnek
super summam Duorum millium florenorum polon facta et modo simplicis debiti
super omnibus bonis suis ad solvendum assecurata, Nec non de summa ipsa
qua et quanta interesse et sortem, dictorum Czarnkos concernit ob ple-
nariam ad manus sui recognoscen summae eiusdem persolutionem quietat
emittit et liberum facit Inscriptionem eandem in toto et totam cassat
mortificat et annihilat sibi et suis posteris ratione praemissorum perpetuum imponendo silentium
Nihilominus suprascriptus recognoscens Generosus Joannes Porebski debebit
et tenebitur, prout se ac suos Successores in et super bonis suis gnlr omnibus
praefato Generoso Ligowski eiusq posteris inscribit et obligat praesens praefa-
tos Generosos Czarnki filios et filias dicti olim Generosi Christophori Czar-
nek ad acceptandam per ipsos inscriptionem praesentem quietationem

160 vel similem suo prointeresse facientem ad acta quaevis authentica

Regni perpetuo et quidem filios postquam adoleverint, filias autem

postquam in matrimonium elocatae cum maritis vel coenobium ingressae

cum superiorum assistentia fuerint ad decursum medii anni adducere

et paternis statuere ab eisque vel successoribus eorum ac earum ut praemissa

exequantur officio. Et interim ad tempus statuitionis suprascriptorum

Generosorum Czarnki filiorum ac filiarum praefati olim Generosi Christophori

Czarnek idem recognoscens Generosus Joannes Porębski debebit et tenebitur

seque cum suis successoribus super omnibus generaliter bonis suis ac summis pecuni-

ariis suprascripto Generoso Ligowski et eius posteris inscribit et obligat

ipsum et eius successores ab omni et quavis impetitione iudiciaria quorumlibet

personarum cuiuscunque conditionis status et sexus existentium ex occasione

quomodolibet Generosi olim Nicolai Czarnek successorum ratione dictae summae

exsolvendae in omni iudicio et officio Regni semper quoties opus fuerit tueri

ri defendere evincere intercedere et eliberare indemnemque et indemnes red-

dere seque sub vadio summae duorum millium florenorum polonicalium per praefa-

tum Generosum Porębski sive successores illius suprascripto Generoso Ligo-

wski ac eius posteris in casu non completionis praemissorum omnium atque non

statuitionis suprascriptorum Czarnki filiorum ac filiarum pro tempore et loco

supra expressis ad solvendum succumbendo. Pro quo quidem vadio modo

praemisso ad solvendum succubito ac re aliqua principali ex praemissis non

completa complenda citatus existens memoratus recognoscens Generosus

Joannes Porębski sive eius successores ad instantiam praenominati Generosi

Valentini Ligowski sive eius successorum ad officium praesens Castrense

Capitaneale Premisliense extunc recessu suprascripto quo ad respondendum spectat

mediante semper in primo citationis termino tanquam peremptorio stare im-

mparere respondere vadium praefactum luere inscriptioni praesenti satisfa-

cere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur seque ac suos successores

ad eadem omnia.

ad eadem omnia inscribit et obligat Illum terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes causa eiusdem terminis semper peremptorios veri infirmitate pro maiori minorennitate Successorum legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad Evictorem vel alijs quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo Ad quietationem ultra proximos terminos officii praefati Castren Premislien dilationem sibi non recipiendo Nullasq motiones appellationes et earum prosecutiones faciendo Ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis evasionibus suspensionibus fatalibus iuris praescriptione Terrestri bello convocationeq et alijs quibusuis iuris remedijs et facti defensis non subterfugiendo nec modo quovis evadendo Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Idem Czarnkom debet.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren Capitan Premislien Generosus Ioannes Korcbski sanus mente et corpore existens a Terris districtibus Iuribus iurisdictionibusq suis quibusuis propriis et competentibus recedendo. Praesenti vero Castrensi Capitan Premisliensi Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet se cum Successoribus ac bonis suis per omnibus totaliter et plenarie incorporando atq subijciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse Generosis Ioanni Alexandro Catherinae Viduae Zophiae Barbarae Hedvigi filiis et filiabus Generosi olim Christophori Czarnek Successoribus vero Generosi olim Nicolai Czarnek eorumq posteris Summam Quadringentorum Quinquaginta florenorum polon modo certi veri puri iusti et liquidi debiti mutuatiq apud ipsum Creditorem suum pecuniae quemlibet florenum grossis triginta polon computando. Quam quidem Summam supra expressam Quadringentorum Quinquaginta florenorum polon is idem recognoscens Generosus Korcbski supradictis Generosis Czarnkom filiis et filiabus eorumq posteris